

1520 circa 20 ap. r. h. s.

111

Petrus Tomiczki Episcopus Cracovie
Vicecancellarius. Stephano Visseu
ski Capitaneo Kelcensi,

119

Nobilis gratē nobis dilecte. Venturus est
hodie ad nos statim reverendissimus
dominus episcopus Sirmiensis Hunga-
rus, qui vadit ad venerissimum domi-
num regem tuum, regem Joannem
in Tarnow, hunc quia est vobis veteri
familiaritate, et amicitia convinctus,
volumus ubique in bonis nostris, per
que illum ire volumus honorari face-
re, et omnibus necessariis provide-
ri, cum igitur venturus sit igitur ist-
huc in Kielce die crastina aut ad
summum feria tertia proxima, cura-
bimus enim ut illum per diem cra-
stinum apud nos retinere possimus.
Mandamus tibi, ut cum in curia col-
loces, et omnibus necessariis, una cum
equis et familia ejus isthuc in Kiel-
ce primum, Deinde sequenti die in
Præziny provideas, non aliter ac si
nos ipsos et aliter non facias. Non
habet secum magnum comitatum, duo-
decim tantum aut paulo plures equos
pauiores vero personas, et ob hoc pau-
vo impendio honorari et excipi pro-
terit.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]